



UB Halle / S.

QVOD FELIX FAUSTUMQVE
ESSE JUBEAT

XXXI.
609.
18

DEUS OPT. MAX.

Suffragante

Amplissimo J. Ctorum Ordine
in Perantiqva ad GERAM

Presidio munitus

VIRI

Clarissimi atq. Excellentissimi

DN. JOHANNIS MÖLLERI

Jur. P.P. Celeberrimi, Præceptoris &

Promotoris sui omni animi observan-
tia æternum demerendi

*Publicæ & placidæ Eruditorum
disquisitioni*

JUS ACCRE-

SCENDI

In Phrontisterio novo a. d. Maji *Junii*

∞ 15CLV. expono

JOHANN CHRISTOPHORUS *Wildefeuer*

Hildesias. Autor.

ERFFURTI,

PRELO DEDEKINDIANO.

*L. M. M. M.
L. M. M. M.*

QVOD TITVLS BALLEMONE
ESSE IURET

DELLS OPT. MAX.

Amplicato Coronam Ordine
in Prætoribus ad CLAM

VII

DN. JOHANNIS MOLLERI

Jur. P. P. Celsissimi, Prætoris &

Promotoris in eandem annis obierat

in eandem annis obierat

Tabulis & Instrumentis

in eandem annis obierat

IUS ACCRE

SOBENDI

In Prætoribus ad CLAM

in eandem annis obierat

JOHANNI CHRISTOPHORUS

Hilberis, Prætoris

PRELO DEDRINDIANO




IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU
CHRISTI *ad cuius gloriam omnia.*

1. Cor. 10. v. 31.

JURIS ACCRESCENDI materiam (a) auspicaturi, primo definitionem (b) deinde divisionem (γ) tum causas (d) postea effectum (ε) deniq; contraria (ζ) methodo Logicis (η) & Jctis (θ) frequente & probata dispiciemus.

(a) Quam obscuram, perplexam, difficillimam & ita intricatam, ut præstet de ea tacere quam pauca dicere, nominavere *Bacchor. ad S. 8. J. de legat. & ad w. Wesenb. tit. de Usufr. accr. Heig. ad S. 8. J. de legat. Mynsing. ibid. altam & subtilem deq; apicibus juris, Anton. Gometz. 1. var. resolut. 10. in qua Mæandri flexus & recessus plures, Pet. Gregor. Syntagm. jur. univ. lib. 46. c. 9. n. 1. Unde Bartolus ea in enodanda ingenium exercendo, Magister legum appellari coepit, teste *Castr. in l. testamento C. de Impub. & aliis substit. Cujus sedes genuina & nativa habetur in l. 80. & l. 89. de legat. 3. l. 142. de V. S. S. si eadem 8. J. de legat. l. un. C. de Cad. toll. l. 34. de legat. 1. tot. tit. de Usufr. accr. &c.**

(b) Omnis enim quæ a ratione suscipitur de re aliqua institutio, a definitione proficisci debet, ut intelligatur quid sit id de quo disputetur, *Cic. 1. Offic. id quod sensu sano de Nominali primario, quare huic vel illi subjecto hæc vel illa vox sit imposita, quæ inveniendâ maxima nec dicenda pene *εὐεγεια* consistit, unde secundario Realis manat, intelligendum. Confer Jct. in l. 1. pr. de J. & J.*

(γ) Divisionum usus Jctis non minus utilis quam necessarius judicatur: quippe quod animum legentis invitent, intelligentis mentem præparent, memoriam artificiose reformat, quæ sapienter quæ eleganter *Accurs. in S. 4. proæm. J. Job. a Reberter. Top. jur. lib. 1. c. 5.*

(d) Sine quibus nihil est, vel esse, subsistere aut intelligi potest. *Matth. Steph. Dial. jur. l. 2. c. 14. n. 2. nec unquam quisquam rem eviden-*

ter novit aut intellectu penetrat, nisi qui veram causam seu rationem ejus percipit. Hinc scire est rem per causam cognoscere.

(ε) Quoniam effectus vim & potestatem rei significat, *Calvin. in Lexic. voc. Effectus.* ideoq; istius notitiam mirum in modum promovet.

(ζ) Namq; Contraria, secundum intus & in cute notam Logicorum Maximam, contrariis dignoscuntur.

(η) Unus multorum instar sufficit *Zabar. lib. 2. de method. c. 16. & 17.*

(θ) *Cl. Dn. Wesenbecc. in paratit. Justus Mejer. in colleg. Argent. cujus volum. prioris præfationem ex asse sis vide,* quorum vestigiis & nobis merito insistendum censuimus.

POSITIO I.

Jus (α) accrescendi (β) est Jus (γ) quo ex conjunctione (δ) pars (ε) vacans (ζ) accedit (η) agnitæ (θ) ad conservandam hereditatem & voluntatem defuncti individuum. (ι)

(α) Juris vocabulum *Πολύσημον*, notius est quam ut debeat demonstrari, *l. pen. & ult. de Just. & Jur.* adde *Colleg. Argent. lib. 1. tit. 1. n. 5. Excell. Dn. Habn. in Observ. Theor. præf. ad Wesenb. eod. tit. p. 32.* hoc vero in loco, qualiter jus aureorum annulorum *t. t. de jur. aur. annul.* jus sui heredis. *l. 1. §. 15. de agnos. & alend. lib.* aut similia jura dici solent, jus accrescendi quoq; dicitur.

(β) Triplam potissimum vox hæc in jure nostro subit significationem I. GENERALEM, cum res rei accedit atq; adjungitur, & sic ad quamcunq; accessionem refertur; cujus exempla in *Constit. Tanta circa nos. §. pen. ibi, tertia pars mundi nobis accrevit. de Confirm. digest. l. 30. pr. l. 56. de A. R. D. l. 1. C. de alluv. exstant.* II. SPECIALEM *§. ult. J. de donat. t. t. C. de comm. serv. manum.* ubi servus communis ab uno domino manumisus, dicitur Socio, id est, alteri domino accrescere. Item, *pr. J. de exhered. lib.* præteritio filia in testamento, nepotum & neptum ex filio accrescit heredibus scriptis. *Paul. 3. Sent. recept. tit. 4. Ulp. fragm. tit. 22.* III. SPECIALISSIMAM, cum pars hereditatis aut rei legata, quæ ideo vacat, quod unus ex heredibus sive testamentariis sive legitimis deficit, parti quæ sitæ adjungitur. Nos eam præsentem in materia ad testamentariam successionem indeq; fluentem unice restrictam volumus. Synony-

nonymiam quod spectat, dicitur jus conjunctionis l. 16. *Quib. mod. ususfr. amitt.* tacita & conjecturata substitutio *Dd. ad l. 55. §. 1. de leg. 2.* tacita & legalis substitutio *Card. Tusch. lit. I. conclus. 564. n. 1.* & substitutionis vim habere dicitur a *Menoch. vol. 1. consil. 141. n. 15.* Germ. das Recht der Anwachsung *Gail. 2. de P. P. c. 14. n. 15.*

(γ) Quoad Genus disentiunt *Dd.* Iis, qui Modum acquirendi ceu genus proximius agnoscunt, ex ea forte ratione, quia aliquid quod nondum in nostro est dominio, nobis exinde acquiritur, adeo, ut jus in re ex eo ad nos transferatur, quâ viâ & Legatum Modum acquirendi Juris civilis dicere ausis, nullatenus refragamur: quibus non officit, ipsam potius Accretionem, quam jus accrescendi esse Modum acquirendi: & consequenter Accretum sive Accretionem non possideri titulo pro herede sive legato: cum nec Entia citra necessitatem sint multiplicanda: nec heredes & legatarii pro herede vel legato partem Accretam possidentes titulo novo Pro accreto indigeant. At ex *§. ult. f. de donat.* genus hoc probaturi, quid dissentira lupinis ignorare videntur. Nos generis loco JUS posuimus, non obstante Maxima, In definitione debere poni genus proximum, rationibus ad discursum reservatis.

(δ) Quam PLURIUM AD EANDEM REM, EODEM SUCCESSIONIS GENERE, ET EX EODEM TESTAMENTO CONVOCATIONEM delineare *Duar. 1. de f. A. c. 4. Hillig. D. E. 7. c. 13. lit. A. Colleg. Argent. lib. 30. tit. 1. n. 39.* Requiritur igitur ad conjunctionem

(1.) UT PLURIBUS ALIQUID SIT RELICTUM, §. 8. *f. de legat. arg. l. 7. §. 1. Quod cujusq; univ. nom. l. 2. l. 19. §. 1. de reb. dub.* ad minimum duobus, inter quos solum conjunctio seu coadunatio consistit; *arg. §. 8. ibi, si ambo perveniant: f. de legat.* pluralitas etiam duorum numero contenta est, *l. 12. de test.* *Donell. 7. comm. 12.* in uno ad hereditatem vocato herede J. A. locum obtinere monstrare allaborat; tum ex *l. 10. de acquir. hered.* ubi heres ex asse institutus, partem hereditatis adire, partem reliquam respicere animum inducens, jure, secundum eum, prohibetur accrescendi: tum ex *l. 80. pro. ibid.* ubi heres simul ex quadrante, simul ex besse institutus non potest non repudiatam agnoscere partem. At quo jure? Placet *Donello* accrescendi. Verum ubi neq; conjunctio neq; divisio, qui potest illic induci jus accrescendi? Ea etiam accrescunt bona non per jus accresc. Sed illa potius in re certâ facta institutio virtualiter extenditur ad omnia alia bona, ut videatur in omnibus bonis simpliciter institutus, ac si rei certæ vel portionis non esset facta mentio, per *l. 1. §. 4. l. 10. de hered. instit.*

A 3;

instit.



instit. adde Excell. Dn. Hahn. in observ. ad Wesenb. tit. de hered. instit. n. 5. p. 271. Bacchov. ad Trost. 2. Diss. 12. §. 1. lit. a. p. 689. Colleg. Argent. lib. 29. tit. 2. n. 20. Servo quoque communi legatum cum relicto, nec ullam Domini gaudet conjunctione, sed juris potestate deficiens ad alterum ex Domini pertinet portio, §. 3. *J. per quas pers. nob. acquir. l. 20. de leg. 2.* Non obstat *l. 1. §. 1. de usufr. accr.* (II.) **EADEM SIT RELICTA RES**, non genere, sed numero & quoad individuum. Etenim Titia mater, filium ex quadrante institutum, omnia sibi ab amicis relicta legata, quae inter Gargilianus fundus, quem tamen Felicissimo & Felicissime mater Titia legaverat, praecipere jubet: suborta dubietate num. dicti fundi filius particeps fiat, decidit Jct. in *l. 41. §. 7. de leg. 3.* quod non generi quippe derogat species, *l. 99. §. ult. d. t. l. 88. de R. J.* Et quoties res sunt diversae, tamen si eodem legentur verborum contextu, e. g. Titio do semissem fundi Tusculani, alterum semissem fundi Sejo do, lego: toties nulla est conjunctio; neque J. A. intelligitur *arg. l. 84. §. 12. l. 33. de leg. 1. l. 6. §. 1. versic. Plane. Comm. praed.* (III.) **EODEM JURE ET SUCCESSIONIS GENERE RELINQUATUR**: nam quos inter diversum jus, illi A. jure non vocantur, *l. 6. de B. P. l. 21. §. 2. in verb. Accrescere potuisset. de jur. Patron.* Sic inter legatarium & heredem non datur, ob diversi juris successionem, *l. 16. Quib. mod. usufr. leg. Cod. Fabr. lib. 6. tit. 3. de fin. l. n. 16.* Idem jus est inter institutum in re certa & heredem universalem, *l. 13. C. de hered. instit.* ille enim loco legatarii habetur. *d. l.* (IV.) **UT EODEM TESTAMENTO VOCENTUR**, *l. 16. Quib. mod. usufr. amitt.* Patris tamen & filii testamentum hoc in argumento pro uno eodemque habetur, *l. 20. de vulg. & pupill. substit. §. 2. J. de Pupill. substit. l. 34. §. 10. de legat. 1.* Fac, Cajo fundus Tusculanus primis tabulis (patris testamento) secundis (sive filii testam.) idem fundus Sempronio legatur: hic Cajus & Sempronius concursu partes habent, & alter ad alterius deficientis portionem admittitur. *Costab. ad l. ult. de usufr. accr.* convenientiam & discrepantiam horum docet *Mynsing. ad §. 2. J. d. t.*

(E) Quippe non datur jus accresc. nisi heredum vel legatariorum alteruter deficiat: Si enim concurrunt scinditur, sin, totum ad collegatarium pertinet, §. 8. *J. de legat. l. 33. de legat. 1.* Partium itaque est accretio non totius, *l. 1. l. 3. §. 10. de usufr. accr.* quia non totius sed partium tantum datur conjunctio.

(Z) Vide Posit. §. lit. B.

(n) Verbum Accedere interdum pro Accrescere usurpatur, *l. un. §. 11. C. de*

u. C. de Cad. toll. §. 7. J. de hered. instit. l. 13. §. 2. ff. eod. l. 35. de vulg. & pu-
pill. substit.

(9) Sive aditæ: neq; enim Agnitio qva rem ad Aditione est diver-
sa, l. 1. & 2. C. de jur. delib. Unde generaliter & promiscue eam hic usur-
pamus vocem, ut non Bónorum possesioni tantum, quam olim solenni-
ter agnosci oportebat: Sed hereditati quoq; cui se immiscerent sui heredes,
adeunt vero eam Extranei, & legatis cæterisq; competat.

(10) Ultima verba Finem, (qvo de vide Posit. 3.) continentia non re-
dundant.

POSITIO II.

Estqve (a) vel Reale (b) vel Personale. (γ)

(a) Haud proletariæ doctrinæ plurimi rore tincti Jcti, Cujac. tr. ad
Afric. §. 1. qui usumfructum. 36. §. 2. de usufr. Duar. 1. de J. A. c. 11. qvem se-
quitur Heig. §. 8. J. de legat. Gorbosfr. in not. ad l. 11. de usufr. accr. lit. R. We-
senb. d. r. n. 4. Giphon. antinom. jur. civil. Disp. 20. n. 32. Colleg. Argent. lib.
30. tit. 1. n. 37. Mynsing. ad §. 8. J. de legat. Costal. ad pr. tit. de usufr. accresc.
Peir. Gregor. Syntagm. jur. univ. 46. c. 11. accrescendi jus, moti l. un. §. 11.
versic. Sin vero nemo & c. C. de Cad. toll. dispescunt in **Jus non - decre-**

scendi & jus accrescendi in specie sic dictum. Illud,
Jus, dicunt, qvo portio non acceptata a conjuncto per concursum, rema-
net apud conjunctum, aliam habentem portionem. Hoc, Jus nanci-
scendæ portionis ejus qui concurrere desit. Quæ divisio omnino im-
probanda (1.) qvod neq; generis in species, neq; totius in partes, neq; sub-
jecti in accidentia sit, qvorum alterutrum tamen probe si dividere velis,
requiritur. (2.) Qvod non constet membris sibi invicem oppositis:
qvippe Jus Non-decrescendi non excludit, sed Jus accresc. potius infert,
qvod enim non decrescit, accrescere dicendum est l. 10. de legat. 3. (3.)
In omni in super conjunctione, etiam reali est qvid qvod accrescat, ut in-
fra constabit. Accedit (4.) Bacchon. ad Treutl. 2. D. 13. §. 3. lit. a. tum qvod
in illo significato priscis Jctis fuerit incognitum, qva in sententia quoq;
Nobil. Dn. Carpov. p. 2. defm. 14. n. 3. tum qvod non nisi res in solidum
jam acquisita non-decrescere dici possit. Ad §. 11. vers. Sin vero C. de Cad.
coll. Magnif. Dn. Emntzk. Exerc. Justin. 7. q. 3. n. 29. & 30. ex asse respon-
dentem lege sis. Qvid Bald. in l. un. c. Quando non pet. part. pet. accr. di-
stingventis A. J. qvod sit aliud Universale, aliud certæ rei: idq; vel dire-
ctum



Etum vel fideicommissarium, referente *Mant. 10. conject. ult. volunt. 3. n. 2.* adjuventi adferat divisio, docebit, data occasione, ipse conflictus. Nostra ergo ab objecto desumpta verior videtur.

(β) Jus, h. l. reale, appellamus, cum portio portioni defertur, & sic proprietati inhæret, *l. 83. de acquir. hered. & Gothofr. in not. ibid. lit. X.* quod ipsum obtinere videmus e. g. in fundo legato, cujus portio portioni accrescit. *l. 33. sub fin. de Usufr.*

(γ) Quando personæ portio accrescit, quod principaliter locum obtinet in usufructu, *d. l. 33. l. 10. de usufr. accr.* neq; hic in considerationem venit, habentine an amittenti usufructus, cui singularia quædam (Posit. adde 5. lit. i.) concessa, accedat: generalis quando textus in *l. 14. de except. rei judic.* habetur, nec id sine contradictione ex *l. 10. de usufr. accr.* colligi potest. Ratio vero diversitatis inter *usufructum*

& *Proprietatem* hæc est: quod *ille* in facto personæ consistat, *hæc* rei unius una sit. Usufructus ratione facti individui individuum est, *l. 19. de usu & habitat.* at Proprietas natura sua dividua, inq; partes reales, quæ non possunt rursus coire & coalescere jure accrescendi, concursu dividitur.

POSITIO III.

Progredimur ad causas, (α) quæ sunt vel Externæ vel Internæ. Externæ sunt Finis, & Efficiens. Finis (β) juris accrescendi facta relatione ad successionem universalem sive testamentariam, est defuncti representatio uniformis (γ) habito vero respectu ad successiones particulares, conservatio voluntatis individua. (δ)

(α) Logicorum causas hic degustare omnes, nostri non fert instituti ratio, eas ex Scholis Philosophicis accersi jube: has vero ad præsentem ut accommodemus materiam ordine facimus svafore bono.

(β) A Fine, qui diligenter semper inspiciendus, *l. 39. de furt. merito* ordimur, ea propter quod respectu eorum quæ ad finem sunt, optimus & anima dispositionis dicatur; *Gail. de pignor. Observ. 10. n. 2.* cæterasq; agendo impellat causas. Unde trita juxta ac celebrata illa, Finem causam esse causarum, mediisque intentionis (non generationis) ordine priorem, *Georg.*

Georg. Reeb. *Distinct. Philos. p. (m.) 13.* David Wafii *Encyclop. Philos. p. (m.) 320.* post omnes unum vivē cū ceteris Philosophum incomparabilem Dan. Stahlum *Reg. Philos. tit. 7. vide per tot.*

(γ) Hereditas enim defuncti personam sustinens *l. 34. de A. R. D. l. 22. de Usucap.* pro parte agnosci, & pro parte repudiari nequit *l. un. §. 10. C. de Cad. toll. l. 7. de bon. libert.* quæ etiam individua & sine ullo corpore juris intellectum habet, *l. 50. de petit. hered. l. 1. §. 1. Si pars hered. pet.* Et quia in fictionibus (verba recito *Duarenii de J. A. c. 2.*) veteres JCrifolent naturam quoad fieri potest, imitari, crediderunt absurdum atq; ineptum esse, quænam defunctum fingi in rerum natura esse tantum pro parte, cum vere non possit quisquam in vita certus homo, puta Titius pro parte esse. adde *Gometz. 1. var. resolut. 10. n. 8. Magnif. Dn. Richter Cent. Reg. reg. 1. n. 7.*

(δ) Quæ cum pro lege observanda inq; omnibus dominetur. *Nov. 22. c. 2. vers. disponat. l. 23. sub fin. C. de legat.* studio eam servari oportet. exquisito, *l. 5. ibi, semper vestigia voluntatis sequimur testatorum. C. de necess. serv. hered. instit. l. 19. C. de condit. & demonstr.*

POSITIO IV.

Causa Efficiens est vel remota vel proxima. Remota est Media Jurisprudencia. (α) Proxima ipse testator. (β)

(α) Anxie hic inter se Dd. de causa J. A. efficiente disceptare vides. Nonnulli in LL. XII. tab. fundamen ponentes, inducuntur *l. 29. §. ult. de legat. 2. ibi, jus antiquum. & l. 5. de vulg. & pupill. substit.* Ortum illud ab *l. 7. de R. J.* ducere in sententia sunt ceteri. Prætorio juri pars; pars Legi Papiæ adscribere dubitavere nihil. Nos contra Mediæ Jurisprudencia, ubi clarior, inspectis juris fontibus, res evaserit. Ad arbitrium initio Regum 244. annorum spatio Pop. Rom. status gubernatus, fuit Regius: quem popularis sed liber per 500. præter propter annos excepit, cujus terna ineunda epocha. (I.) Durantibus 60. post ejectos Reges annis, incerto magis jure & non-scripto sive consuetudine, uti coepit populus. (II.) Ortâ vero ex incertitudine hac discordiâ, autoris Romulii de legibus scribendis latâ rogatione, tres A. U. C. 300. ad Græcos legati, Solonis ceterarumq; Græciæ civitatum instituta & mores petiti missi, abs quorum reversione trienniali Decem Viros Senatus sanciens legibus, per quos decem tabulæ confectæ, præfecit, quibus insequente A. U. C. 304. duabus

duabus additis, anno demum U. C. 305. bis sex in æs incisæ tabulæ publi-
citus fuere propositæ. [III.] Hisce, omnis publici privatiq; juris fonti-
bus Resp. Rom. fundata, ingens incrementum validumq; juris augmen-
tum, cuius in universum sex recensentur causæ, accepit. [1.] Media Ju-
risprudentia, quod inter LL. XII. tab. & Imperiales sanctiones [porri-
gendam quippe autumat Bacchov. ad §. 3. f. de legit. agnat. success. eam-
usq; ad tempora sedis Imperii in Orientem translata] quasi media sit, &
describitur Interpretatio Jctorum foriq; disputatio, quæ post LL. XII.
tab. Romæ invaluerat. *Magnif. Dn. Frantzke ad L. Gallus. de lib. & post-
hum. hered. instit. Diss. 1. memb. 2. sect. 2. n. 1. p. (m.) 56.* Et ut alias natura-
liter evenire solet, ut latæ leges interpretationem desiderent, sic nimis
breviter & concise generaliterq; LL. XII. tab. conscriptio interpretatio-
nem, quæ per se quidem juris autoritate non gaudebat, sed triturâ qua-
dam & exercitatione sine scripto ullo [cum scriptura non sit de legis es-
sentia] in morem & usum abivit. [2.] Legis Actiones. [3.] Leges Sin-
gulares, v. c. Voconia, Falcidia, Papia, Rhodia &c. [4.] Plebiscita.
[5.] Jus honorarium, 80. circiter annos post LL. XII. tab. conditas, sive
juxta *Rosin. lib. 7. c. 4. antiq. Rom. A. U. 386.* introductum. [6.] Deniq;
Responsa prudentum. Quibus positus, non potest non Glosæ & Bartoli
aliorumq; *in l. 29. §. ult. de legat. 2.* opinio, per **Jus antiquum**
Leges XII. tab. intelligentium invalida fieri. Eas quidem audiri **Jus**
antiquum *l. 29. §. 7. de lib. & posthum. hered. instit. antiquam a-*
ctionem *l. 23. §. 6. de R. V.* **Legem antiquam** *l. 1. C. de Except.*
constat: verum & ipsam Mediam Jurisprudentiam communi nomine
Jus civile *l. 2. §. 5. de O. J.* & **Jus antiquum** respectu legis no-
vioris, puta Papiæ, appellari est usus. *Legem §. de vulg. & pupill. substit.*
in medium allatam ipse inscriptionis plausus clarificat. Neq; officit no-
bis *l. 7. de R. J.* quæ potius causæ *negatæ & vulg. h. c.* quam efficientis princi-
palis nomen subit, id quod Imperat. *l. un. §. 10. ibi, cum sit absurdum & c. C.*
de Cad. toll. quia causa testati ad se trahit causam intestati, innuit. Po-
norum parte intestatus allubescit decedere, prohibetur *l. 55. de legat. 1.*
Legis quod attinet Papiæ, a M. Papio Mutilo & Q. Poppæo Secundo
COSS. sic dictæ, sub Augusto A. U. C. 762. condendæ causa fuit duplex:
Prior,

Prior, ut exhausta civis motibus Resp. sobole frequentaretur. Posterior, ut ararium Pop. Rom. ditaretur, ad quod quæ fuere prima locupletandum vid. *Jacob. Gothofred. comm. ad d. L. Juliam p. (m.) 341.* Nos, juxta nysiam equum, Legem hanc causam, juris accr. esse expellentem asserunt damus intrepide, ut quod capitis de J. A. abolendo conceptionem hunc in modum jam dictus *Jacob. Gothofred. l. c. p. (m.) 306.* fuisse referat.

INTER CONJUNCTOS HEREDES LEGATARIOSVE JUS ACCRESCENDI NE ESTO.


Hinc satis jam satis vera J. A. causa, quibus ex abundantia apertissima lex *Si ita quis. 74. de hered. instit.* adjici potest, patescit: qua in heres sine ulla fundi seu usufructus exceptione hereditaria bona nanciscitur, idq; autoritate Galli Aquilii, Q. Mutii Scævola [floruit hic A. U. 660.] auditoris, & Ciceronis *συγγεγραμ.* quo cum Præturam iniit, *Franc. Fabric. in histor. Cicer. p. (m.) 118.* & sic ante Legem Papiam annos fere 70. post LL. XII. tab. 360. vixit.

(β) Legem in hereditatibus: Voluntatem testatoris in legatis non male proximam causam quidam volunt: nos tamen indiscriminatum abs testatore, qui leges scivisse, ea quæ lex disponit cogitasse, nec contra sed secundum tabulas disposuisse *Mant. 6. ult. vol. c. 6. n. 1. & seqq. rem omnem pendere aimus, adde *Surb. Dis. 10. §. 60. & Cod. Fabr. lib. 6. tit. 6. def. 1. n. 11.**

POSITIO V.

Causæ Juris accrescendi Internæ sunt Materia & Forma. Materia circa quam versatur est pars (α) vacans (β) eaq; sese offert in omni ultimo elogio, (γ) hereditatibus (δ) bonorum possessionibus (ε) inq; iis secundum tabulas (ς) legatis, (η) fideicommissis (θ) usufructu (ι) mortis causa donationibus (κ) & capionibus (λ) unione prolium. (μ)

(α) Pars ea pro indiviso quum capiatur, inq; juris intellectu consistat, jus vero accrescendi, juxta domesticè notum brocardicum circa mera dividua versetur *l. 3. pr. de Usufr. accresc. l. 19. de usu & habitas. l. 17. de servit. l. 10. §. 1. comm. prad.* non ablimine pro re nata Dividui & Individi



211
dui naturam salutatam iuvisse operæ pretium duximus. Individuum Br.
in l. 8. §. 7. de fideiuss. quem sequitur Angel. §. 4. versic. quod si quis. J. de in-
util. stipul. quatuor modis fieri autumat, vel ratione 1. naturæ. 2. volun-
tatis contrahentium. 3. dependentiæ. & 4. formæ. Petr. Greg. lib. 5. Syn-
tagm. jur. univ. c. 3. & Jason in l. 2. §. 1. de V. O. per trichotomiam ince-
dunt. Ille vel re ipsa: vel natura: vel ex causa præter naturam. Hic
vel naturaliter: vel legaliter: vel mixtim fieri mavult. Placeat nobis
dichotomia, idq; vel ab Natura vel Lege proficisci asseramus. DIVI-
DUUM NATURA est, quod in partes discretas separari potest: & te-
nendum, Omnes res corporeas inanimatasq; per partes posse discretas &
separatas dividi: v. c. vestis, fundus, lignum &c. l. 1. §. 1. de R. D. l. 24. §.
2. de legat. 1. l. 6. §. 1. Comm. præd. partes enim hæ in partes similes sive
homogeneas quæ sub integritate comprehenduntur apte discerni pos-
sunt, fundum puta in fundos &c. l. 60. de V. S. ubi non amplius sunt par-
tes, sed ex uno toto tot fiunt tota quor factæ sunt partes l. 25. de V. S. di-
cunturq; *Partes pro diviso.* INDIVIDUUM NATURA quod
in partes separatas citra totius interitum sive corruptionem hominis fa-
cto dividi nequit: ubi nota: Omnes res & animatas & incorporeas di-
visione haud frui, c. afferte. de præsumpt. l. 30. de Usucap. l. 1. §. 1. de R. D.
§. 2. J. de reb. corpor. LEGE DIVIDUUM & INDIVIDUUM dupli-
cem vel AD REM CORPORALEM, vel AD INTELLECTUM ha-
bet *ἕξου.* ILLO MODO RES DIVIDUA dicitur quæ commodo &
sine damno separari potest. INDIVIDUA, quæ non nisi cum damno
sectionem admittit, l. 26. §. 2. de legat. 1. §. 4. J. de Offic. jud. §. 20. J. de Act.
l. 11. C. comm. utr. jud. e. g. navis, scyphus &c. arteve alia facta sectionem
respuunt, quod facta divisione, talia quæ sunt, nec erunt, nec partes pro
diviso salvâ formâ constituunt, nam perit mutatâ formâ rei substantiâ,
l. 9. §. 3. ad exhib. HOC MODO LEGE RES DIVIDUA dicitur, quæ
in partes indivisas & intellectuales ex utilitate hominum dividitur: seu,
quæ partes respicit juris intellectu non divisione corporis. Et sic Homo
per legem putatur dividuus, partem Stichum stipulando, l. 9. §. 1. de solut.
Servus communis, l. 5. de stipul. serv. Hac quoq; ratione Jura, & Obliga-
tiones dividuæ habentur, quæ cum rebus cohæreant vel earum causa in-
ductæ sint, secundum earum quoq; naturam dijudicandæ: Nomina quæ
ipso jure ex LL. XII. tab. dividuntur, idq; pro hereditariis portionibus,
l. 1. C. si cert. pet. l. 6. C. famil. herisc. l. 6. §. 1. ff. eod. & Gorbosfr. in not. sub
lit. b. RES INDIVIDUA quæ in partes pro indiviso scindi nequit, id est,
quæ

quæ nec corpore nec juris intellectu divisionem admittit, qualis est Servitus. Ex his, spero, constabit, qui A. J. circa dividua versari dicatur. Cæterum in maxime hac obscura materia confer *Magnif. Dn. Frantzk. Exerc. Justin. 10. q. 4. & 5. per tot. Godd. ad l. 25. de V. S. Hyppol. a Collyb. ad l. 84. de R. J. Gometz. 2. var. resolut. 10. Joh. de Castell. de Usufr. c. 31.*

(β) Tripliciter olim vacans fiebat pars, vel statim initio faciendi testamenti: vel post illud conditum vivo testatore, vel post mortem testatoris, *l. un. §. 2. & seqq. C. de Cad. toll. vide Cujac. ad d. l.* Cæterum cum nullus in *d. l. un. §. 12. unde §. 8. J. de legat.* declarandus, quam is cui quid ceu indigno auferatur exceptus reperitur modus, quemadmodum enim ea quæ ut indignis auferuntur ad substitutum non transeunt *l. 15. de Scto Syll.* ita nec conjuncto accrescunt, sed ad fiscum plerunq; *d. l. un. §. 12. vel alias personas devolvuntur. l. 5. C. de legat. l. pen. eod. l. 6. l. 5. §. 2. de his quæ ut indign. aufer.* nihil interest quomodo quis deficiat, jurene ipso an exceptionis ope *l. 112. de R. J. Duar. 1. de J. A. c. 19. quem sequitur Hilig. D. E. 7. c. 12. l. m. Cl. Dn. Ludw. Disp. Instit. 9. §. 5. l. C.*

(γ) *l. un. §. 14. C. de Cad. toll.* Nos vero, voculâ Accrescendi ad testamentariam tantum successione restrictâ, quæ solâ sub legis dispositione veniunt, exclusâ volumus, e. g. **Bonorum possessiones contratabulas** quando ultima quidem voluntas adest, sed quod iniquè sit, rescinditur. *r. t. de B. P. cont. tab. Quibus dentur, vide Cl. Dn. Ludw. Disp. J. 10. §. 7. lit. C. Colleg. Argent. lib. 37. tit. 4. n. 3. & 5.* Et hic, si unquam, rem acutetigit acutissimus, appellatus ita a Magnif. Dn. Frantzk. in *Comm. ff. de Inoff. test. n. 75. Bacchovius ad §. 3. J. de B. P. & ad Wesenb. de B. P. cont. tab.* eas non ex testamento, sed factò sive condito eo dari, docens, id quod vel effectus, qui per eas rescindi vult testamentum, & res ad causam intestati perinde ac si testamentum factum non esset reducitur, indicat, *l. 17. de Collat. l. 8. §. ult. de B. P. cont. tab.* **Querelam inofficiosi testamenti**, in qua uno querelam repudiante vel amittente, pars ejus alteri accrescit, *l. 14. l. 19. l. 23. §. ult. de inoff. testam. adde Hilig. Don. Enucl. lib. 19. c. 19.* **Successionem ab intestato** quæ solo legis beneficio defertur, nec aliter locum quam successore ex testamento deficiente obtinet: quamdiu enim ex testamento &c. *l. 89. de R. J. l. 39. l. 70. de acquir. hered. & tollit legis provisionem provisio hominis, argt. l. fm. C. de pact. convent.*

(d) l. 13. §. 2. l. 17. §. 1. l. 59. & 63. de hered. instit. l. 53. de acquir. hered. l. 122. §. 1. de leg. 1. l. 6. C. de impub. & aliis substit. §. 7. J. de hered. instit. Cessat in **Testamento militis**, l. 37. de test. milit. l. 1. & 2. C. de eod. confer *Duar. ad d. t. cap. 6. Sicbard. ad l. 1. C. eod. Colleg. Argent. lib. 29. tit. 1. n. 8.*
Num in emptorem hereditatis quatenus scil. ad conservandam hereditatem defuncti; voluntatem individuum J. A. introductum a testatore, cadat, recte negatur; Pone, Ex triente Cajus institutus heres, deliberante coherede, hereditatem adeundo vendit Sempronio, quo facto coheredis portio deficiens emptori non accrescit (1.) ob dominium, quæ inter emptorem & venditorem nulla intercedit, conjunctionis, l. 1. pr. de Usufr. accr. neq; (2.) emptor sed hereditatis venditor defunctum representat, pr. J. de inuril. stipulat. Accedit (3.) incolumitas jurium, quibus directe venditor uti valet, l. 14. mand. l. 2. C. de pact. Quin suam (4.) non quæ carebat portione coheredis, alienavit venditor; imo alca, id est spes, non emitur, l. 7. de hered. & act. vend. Magnif. Dn. Frantz. in comm. ff. de act. vel hered. vend. quem plures cit. videbis. Excell. Dn. Habn in Observ. ad Wesenb. d. t. n. 4. Dissent. Arum. Disp. Pand. 13. §. 5. & Exerc. Justin. 14. §. 17. Papillon. de J. A. p. 34. *Duar. 2. de J. A. c. 6.* adeo is fixus in l. si Titio. 33. de Usufr. tenetur, ut qui Juliani in d. l. velit sententiam subvertere, parum cum prudentis consultiq; hominis videri, scribere minus dubitaverit.

(e) l. 3. §. ult. & seqq. de B. P. l. un. C. Quando non pet. part. pet. accr. quoniam B. P. in omnibus vice heredum quoad effectum habetur, d. l. 3. & omnia commoda & incommoda hereditaria, item dominium (non utile quæ utile, docentibus Br. & Wesenb. w. d. t. sed plenum) rerum quæ in his bonis sunt eidem (possessori) tribuit l. 1. d. t. Cujus petendæ tempus utile §. 5. J. b. t. l. 2. Quis ord. in possess. serv. ita distinctum est, ut liberi tam naturales quam adoptivi anni spatio, ceteri sive cognati sive agnati centum dierum gaudeant. §. 4. J. b. t. l. 2. C. Qui admitt. ad bon. possess.

(f) l. 2. §. 8. l. ult. de B. P. Sec. Tab. quibus deferatur vide Cl. Dn. Ludw. Disp. ad J. 10. §. 7. l. 6.
 (r) §. 8. J. de legat. l. 16. l. 34. §. 9. & seqq. de legat. l. 1. l. 40. de legat. 2. l. 30. de legat. 3. Ulp. fragm. tit. 24. §. 11. Secus in quantitate legata quæ aut naturam suam retinet, quomodo citra ullam a Papillon. de J. A. p. 18. distinctionem adhibitam omnino cessat l. 34. §. 3. de legat. 1. l. 55. de V. O. l. 29. de solut. l. 56. de Condit. & demonstr. Br. in l. 89. de legat. 3. n. 7. aut

aut naturæ terminos egreditur, vice corporis fungendo, & sic conjunctione adveniente locum in A. J. obtinet *d. l. 34. §. 4. l. 51. de legat. 1.* Item in **Alimentis** *l. 57. §. 1. de Usufr. & Costal. ibid. l. 3. vers. debeat. l. 16. §. 2. l. 10. §. fin. de alim. legat.* nisi testator expresse voluerit, ut alteri deficientis portio accrescat, *d. l. 16. §. 2. ibi, nisi hoc quoque ei datum probaretur.* Et quantumvis pro regula Dd. communiter: Legatum Alimentorum nec multiplicabile nec reiterabile esse, *Br. in l. 19. §. 2. n. 2. de alim. leg. Mantie. de coniect. ult. volunt. lib. 10. tit. 3. n. 24. Joh. Bapt. Pontan. de Alim. c. 18. n. n.* distinctione tamen haud erit libera. Aut enim unus idemque testator ejusmodi alimenta duabus vicibus reliquit, & sic ab regula jam dicta standum, eo quod unus pro duobus, *ut loquar cum Menoch. lib. 4. de presumpt. c. 158. n. 3.* edere & bibere non possit; Aut a diversis relicta fuere testatoribus, quo modo Reg. corrui, *l. Titia 87. pr. de legat. 2.* adde *Martin. Coler. tr. de Alim. lib. 1. c. 15. n. 74. & seqq. p. (m.) 541.* Quid vero Alimentorum nomine veniat, edocet *l. 3. de alim. legat. plenius Wesenb. w. d. t. n. 1. & Excell. Dn. Hahn. in Observ. ad eund. l. d. Colleg. Argent. lib. 34. tit. 1. n. 7. Joh. Bapt. Mont. de Alim. c. 17. n. 20.* & quos de Alimentis mihi percurrisse licuit omnium fidelissime *Mart. Coler. d. tr. lib. 2. c. 17. n. 2. & seqq.*

(9) *l. 16. §. 4. l. 43. l. 79. ad Sct. Trebell. l. 34. de Usufr. legat. Cod. Fabr. lib. 6. tit. 3. defn. 2.*

(1) *t. t. de Usufr. accr. Paul. lib. 3. sentent. tit. 6. Castell. de Usufr. c. 48.* Coniunctim duobus Usufructum dans, legans, mortuo vel abstinente altero, alter solido gaudet. Singularia vero hic observanda (1.) quod licet Usufructum coniunctim legatum legatarii omnes agnoverint, nihilominus si postea unus portionem suam amiserit, J. A. locum habeat. *l. 1. §. 3. de Usufr. accr. Magnif. Dn. Frantzck. in comm. ff. d. t. n. 17. Costal. ad d. l. 1. §. 3. Excell. Dn. Hahn. in Observ. ad Wesenb. d. t. sub fin.* (2.) Quod accrescat ei qui suam vel amisit vel alienavit partem *l. 10. h. t. Hillig. D. E. lib. 10. c. 23. l. C.* (3.) Quod si uni Usufructus alteri fundus seu proprietas sit legata, Usufructus utriusque legatus esse censeatur, *l. 3. §. ult. l. 9. h. t. l. 19. de Usufr. leg.* Occurrit hic controversia satis utriusque inter Dd. agitata: An usufructuarii personam usufructu resiliente, iurene consolidationis an iure magis accrescendi ad proprietatem revertatur? Et *Mynsing. ad S. pen. 7. de Usufr. n. 9.* quod consolidatio apud conjunctos in usufructu jus accrescere non impediatur, ut rectissime ita generaliter nimis edocet; Re proinde peritius inspecta, Usufructum aut *Finiri*, aut *Amitti*, (quæ duo scite quoad effectus juridicos præ primis Juris Accr. sunt discernenda) aut *Repudiari*
 commo-

commodius asseritur; *Hic* si jure consolidationis redire ponitur, non aliter ad ipsum venire dixeris, quam si eadem is, cui legata est proprietas, fruitur, cæteroquin ad illum, in quem eam alienasset, rediret *l. 3. §. ibi, non amittente de Usufr. accr.* Sin jure accrescendi, (quod nos volumus & vero est propius) acquiritur illi, proprietate quantumvis sit destitutus. *Istic*, si proprietarius forte capitis deminutione vel per tempus legitimum non utendo, & usufructuarius itidem eundem amittit; rursus in collegatario, modo tempore accrescendi sit superstes & civis Romanus, reviviscit. *Magnif. Dn. Frantz. d. t. n. 27. & seq. Hortens. ad l. 3. §. non solum. d. t. p. (m.) 197.* Illic omnimodo consolidationis jure coalescit.

(κ) *l. un. §. propenult. ibi, nec non in mortis causa donationibus. C. de Cad. toll. l. 37. de mort. caus. donat. l. ult. sub fin. C. eod. Br. in l. 89. n. 69. de legat. 3. l. 12. C. de condit. caus. causa non sec.* Titius in mortis causa donatione certam quandam liberæ suæ dispositioni reservavit summam, nec tamen de ea postea disposuit: Quæritur jam jure accrescendi ad mortis causa donatarium reservata summa pertineat, an reservantis heredibus ab intestato advolvatur. Posterius amplectitur Jus Saxonicum, *Nov. Elector. August. part. 3. constit. 2. ibi, daß dieses Reservat den Blüthsfreunden und nehesten Erben des Donatoris folgen / und deme / so die andere Güter auf dem Todesfall vermachtet worden / nicht accresciren noch zu wachsen sollen.* Rationem addunt *Berlich. p. 3. Concl. 3. n. 4. & Carpzov. p. 3. Const. 2. def. 1. n. 6. & seqq.* quia hic nulla est conjunctio; quibus & nos calculum adjicimus, per conjunctionem enim J. A. est id quod est. Quod autem Magni hi duo Viri de Jure Civili, Reservatum scil. in donationibus m. c. non condito testamento, donatario exclusis ab intestato venientibus heredibus accrescere, rem expeditam esse perhibent, nixi *l. un. §. 14. C. de Cad. toll.* vix salva eorum autoritate procedit: quippe *d. §. 14.* cum solum respicit casum, quo quis duobus mortis causa conjunctim donat, qui casus ad hunc nostrum præprimis in Reservato non est extendendus.

(λ) *per l. 23. de condit. & demonstr. l. 41. §. 14. de fideicomm. libert. Bart. in l. si mihi & Titio. n. 3. de V. O.* Dicitur vero mortis causa capio generaliter, quando lucri gratia propter alicujus mortem nobis aliquid obvenit; Specialiter, donatio testamento quidem relicta, verum non de bonis relinquents, sed alterius cui testator quid reliquit ea conditione ut de bonis suis det aliquid. v. c. testator Cajo vineam hac conditione, si Titio & Sempronio decem dederit, legat, quam pecuniæ acquisitionem dicti hi duo non jure legati, fideicommissi aut mortis causa donatione capiunt, sed

sed generis retinetur nomen, l. 8. l. 12. l. 38. l. 81. de mort. caus. Cap. l. 41. §. 14. de fideicomm. libert. ibi, neq; legatum neq; fideicommissum est.

(μ) Non vi pacti & conventionis, quæ ab initio fit, quando prioris matrimonii liberi in pactis nuptialibus parentum suorum secundum nubentium quasi communicantur inter ipsos & adoptantur: sed vi successionis, quæ sc. viduus & vidua de mutua successione ultimam præsupponente voluntatem per l. un. §. 14. C. de Cad. toll. liberorum susceptorum, nec non suscipiendorum elogium condunt. Ruding. 2. observ. jur. 20. n. 2. Wehn. pract. observ. sub voce Einfindschaft. Cujus de Effectu lege Gail. 2. Observ. 125. & ex eo Schultz. Synops. Instit. de Adopt. lit. a.

POSITIO VI.

Forma consistit in ipsa conjunctione (α) eaq; duplici, (β) Simplici, quæ iterum vel Verbalis (γ) vel Realis, (δ) & Mixtâ, id est, Reali & Verbali simul, (ε)

(α) Cujus descriptionem & requisita vide Posit. I. lit. d.

(β) Placet aliis, quod sit conjunctio vel Legis, quæ cum nobis, quod mera legis dispositione ad successionem defuncti proximos vocet, jam nihil commercii: vel Hominis quando citra ullam juris necessitatem ultimi sui arbitrii dispositione testator nonnullos conjungit, hæc q; vel Simplex vel Mixta.

(γ) *Dicitur*, CUM UNA QUIDEM RES UNICA ORATIONE, SED PARTIBUS AB INITIO ÆQVIS RELICTA EST PLURIBUS l. 142. de V. S. l. 89. de legat. 3. e. g. Sempronio & Sejo æqvis ex partibus Cornelianum fundum do, lego. Cajus & Mævius æqvis ex portionibus heredes sunto. Titium pro dimidiâ, Sejum pro aliâ dimidiâ heredem instituo. Exerte dico [i.] UNICA ORATIONE. secus si diversa, v. c. Titio lego vineam hanc, Stricho eandem. Nec interest, utrum quæ non sunt de Substantia hujus conjunctionis, per particulas fiat unitatis complexus sive *Copulativas* l. 142. de V. S. sive *Collectivas* v. c. Primus & fratris mei filii æqve heredes sunto, l. 13. de hered. instit. sive *Alternativas* v. c. Cajo aut Sempronio Tusculanum fundum do, lego

lego l. 4. C. de V. S. non vero Adversativas, quarum natura, ut
adversetur precedentibus in eodem genere, tam in jure quam in facto,
Ruding. 1. cent. singul. observ. 1. n. 2. Wehner. Pract. observ. sub voce Aber: Et sic
denotat diversum casum & amplius importat, ut uno casu existente, non
habeat locum dispositio facta in alio casu. per Bart. in l. 9. §. de damn. inf.
qui tamen in l. 89. de leg. 3. n. 13. & seq. ex dictione adversativa conjunctio-
nem hanc admittit, verum ab Ant. Fabr. dec. 49. err. 3. n. 6. notatus. Ea-
testatoris in l. 66. de hered. instit. verba, Titius heres esto: Cajus & Mavius
æquis ex partibus heredes sunt: conjunxisse, potius heredes quam ora-
tionis compendium continere videntur, Suth. Disf. 10. §. 66. Bacchov. ad Tr.
2. D. 13. §. 3. l. c. p. 776. [II.] PARTIBUS pro indiviso, intellectualiter
non corporaliter nec certis limitibus divisis: certior quippe mea de quan-
titatis portione factus, non amplius partes sed totum dicendum fuerit, l.
6. §. 1. Comm. prad. l. 25. de V. S. Hinc taliter conjuncti dignoscuntur ex
eo, quod semper in re legata partes habeant l. 89. de leg. 3. id est, Secundum
Cujac. ad l. un. de Cad. toll. omni jure & antiquo & novo, & omni genere
legatorum, sive per vindicationem, sive per damnationem legatum sit.
[III.] AB INITIO, habita verborum testatoris ratione, qui eandem rem
in solidum ad alterutrum potius casu eveniente quam dimidiam ad here-
dem pertinere velle præsumitur, confer l. 142. d. V. S. l. 16. §. fin. de leg. 1. l.
89. de leg. 3. (IV.) ÆQVIS, quin enim expressis nominatim partibus in-
æqualiter, orationis inducatur pluralitas, vix fiat. Sunt qui taliter conjun-
ctis Accrescendi Jus abjudicent, quorum non infimum objectaculum vel
hoc, quod Imperat. duarum tantum in §. 8. J. de legat. mentionem fecerit
specierum, conjunctorum sc. Re & verbis simul, & Disjunctorum, ut sub-
jecta testatum faciunt exempla; R. Imperat. duos in d. §. 8. modos exem-
pli tantum gratia proposuisse, tertiumque e l. 142. de V. S. esse supplendum.
Quin l. 89. de leg. 3. hanc suggerit argumentandi formam.

Quicumque præferuntur iis inter quos est jus accrescendi
illis non potest non competere J. A.

Atque Verbis conjuncti præferuntur Rebus Conj.
E. Verbis Conj. non potest non competere J. A.

Confer Hillig. D. E. lib. 7. c. 13. lit. k. Wesenb. w. tit. de Usufr. accr. & Excell.
Dn. Habn in Observ. ad eund. d. t. qui hanc sententiam in praxi observari
tradit. Nobilis. Dn. Carpzov. p. 3. C. 2. def. 14. n. 8. Amplisf. Dn. Ungep. Exerc.
Justin. 8. q. 15. in Ajo. Clarisf. Dn. Ludw. Diss. Instit. 9. §. 5. l. d. Riem. Dec. 7.
q. illustr. 7. Arum. Exerc. Instit. 9. §. 11. Bacchov. ad Treutl. 2. D. 13. §. 3. l. c.
qui



qui examinatis in utramq; partem argumentis affirmative deniq; p. 778. concludit.

(d) QUANDO SEPARATIM EADEM PLURIBUS RELICTA EST IN SOLIDUM, §. 8. f. de legat. l. un. §. 11. C. de Cad. toll. e. g. Titio Davum do, lego: Cajo eundem. Sempronium ex qua parte instituo, ex eadem Sejus heres esto. Titius ex semisse, Pomponius ex eadem semisse fit heres: ubi in prioribus verbis subaudiendum, heres fit. Sin abs testatore ita: Quod Mævio legavi, Stichus lego, nulla intercedit conjunctio, sed ob commemorationem primi (Mævii) ademptio facta intelligitur. pr. f. de adempt. legat. l. 33. de leg. 1. l. 5. de adim. leg. Giph. antinom. jur. civ. D. 20. n. 19. p. (m.) 291. Arum. Exerc. just. 9. §. 16. Dico (I.) SEPARATIM, quæ vocula hic non ἀπλῶς, quæ neq; re neq; verbis neq; mixtim invicem sunt uniti l. 64. pro soc. §. pen. f. de hered. Instit. l. 1. pr. & l. 11. de Usufr. accr. Sed κατὰ τὴν quæ conjunctis mixtim & verbis opponitur, est accipienda: estq; Disjunctim legare idem ac diversis disjunctisq; orationibus legare: quare & uno nomine *Disjuncti* respectu cæterorum uno sermonis contextu coadunatorum nominantur l. un. §. 9. vers. in his itaq; C. de Cad. toll. §. 8. f. de leg. l. 63. de hered. instit. (II.) IN SOLIDUM, sc. ab initio, ut possit constare in eventum deficiente uno ad alterum rem totam pertinere debere.

(e) QUÆ PLURES NOMINIS ET REI COMPLEXU JUNGIT, l. un. §. 10. & seq. C. de Cad. toll. l. 5. 6. & 7. de reb. dub. §. 8. f. de legat. l. 7. de Usufr. accr. Ita tamen ut partibus ab initio voluntate testatoris indivisis & hæc conjunctio, potiat, nec obstat §. 8. f. de legat. ubi dicitur quod inter Conjunctos (puta mixtim, qui κατὰ ἐξοχήν simpliciter ita audiunt,) concursu scindatur legatum: E. ab initio non partes habent, sed si concurrant: namq; dixi, quod indivisas non divisas habeant partes. v. c. Titio & Sejo hominem Stichum do, lego. Plures supeditabit formulas l. 142. de V. S. His salvis, dicimus [I.] *Vacantem portionem*, sublatis per l. un. C. de Cad. toll. ut noviolem constitutionem, legibus antiquioribus, cujus rei exemplo est l. 29. §. ult. de leg. 2. ubi tamen, antinomiam evitaturi, quod testator illic nominatim & sic per exceptionem ab uno legans ostendat, se ab eo tantum præstari velle legatum, respondere possumus: *cum onere semper accrescere hereditatibus.*

bus, in quibus in non personę sed ipsi apponitur hereditati onus, ut cum hereditate ad heredes perveniat, *argv. l. 24. in fin. de novat. l. 138. l. 139. de R. J. l. 122. §. 1. de legat. 1. l. 61. de legat. 2.* Clarius Imp. *d. l. un. §. 4. ibi*, omnes personas quibus lucrum defertur etiam gravamen omnino sentire debere; negferendum eum, qui lucrum amplectendo onus annexum contemnat: imo secundum naturam est, ut qui sentit commodum, sentiat quoque onus c. qui sentit. *55. de R. J. in 6. nec abluat §. 10. d. l. un. vers. in his. ibi*, aliis coheredibus cum suo gravamine acquiritur, & *§. 9. d. l. ibi*, hoc cum suis oneribus ad eum qui lucratur pervenire; respiciunt huc *l. 29. §. 1. de leg. 2. l. 122. §. 1. de leg. 1.*

Et legatariis qua verbis qua mixtim conjunctis d. l. un. §. 11. propter eandem & hereditatis & legati rationem, ne ad lucrum adspirans gravamini valedicat, adde *d. §. 4.* est ea propter fas, ut qui non ex propria sed deficientis persona lucrum percipit, incommodum quoque quod ille habiturus esset, subeat *l. 55. pro soc. l. 149. l. 177. de R. J. non vero disjunctis d. l. un. §. 11. vers. Sin autem ad deficientis. l. si separatim. 30. de condit. & demonstr. ratio*: quia utriusque ab initio in solidum legatum est; Ab his stant ea [1.] quę pro non scriptis habentur, & legata in legatarii persona ab initio non consistunt, *§. 4. l. un. C. de Cad. toll.* namque cum principale relictum pro non scripto habetur, consequens est, onus eidem annexum non posse non eodem frui jure, *Gothofr. ad d. §. l. a. Duo tamen exceptionem patiuntur casus, ad quos alludit Imp. in d. §. 4. ibi, nisi per raro: & §. 9. eod. vers. Et hoc locum, ibi, pro non scriptis autem non omnibus sed quibusdam.* Continet Primum *l. ult. de his quę pro non script. hab.* ut legatum quod quis sibi adscripserit pro non scripto habeatur, sed apud heredem cum onere resideat, id quod nominatim cautum in Scto Liboniano, cujus mentionem facit *Glosf. in l. 1. jam d. t.* Alter exceptus est favore libertatis *l. 26. de fidei comm. libert.* [2.] Si ejusmodi onus heredi vel legatario injunctum, quod a nemine cum illis impleri potest *d. l. un. §. ne autem. 9. vers. Sin vero talis. C. de Cad. toll.* (II.) *Eandem in invitum transire Et heredem Et legatarium l. 31. l. 35. l. 38. l. 55. de acquir. hered. l. 6. C. de impub. & aliis substit. l. 38. de leg. 1.* hoc tamen temperamento, cum quis suam adierit partem, sciens portionem esse abstinentis vacuam. Nam si quis prius adierit, quam vacuam sciret partem, liberum ei relinquitur, aut totam rem agnoscere aut a tota recedere, *Dr.*

Dn. Riem. dec. 7. q. 6.. (III.) Mixtim conjunctos cateris omnimodo: & Verbis conj. tis qui Re conjunguntur esse preferendos. l. 89. de legat. 3. Exemplo res fiet clarior: Testator cavit ita: Primo & Secundo fundum Tuscul. do, lego: Tertio fundum Tuscul. do, lego: Quarto eundem do, lego: Quinto & Sexto fundum Tuscul. æquis ex partibus do, lego. En, deficiente Primo ejus pars soli accrescit Secundo, & viceversa. Deficiente Quarto, non accrescit ejus pars soli Tertio, sed cæteris omnibus, Deficientis Quinti pars soli accrescit Sexto, & contra. Latius hæc deducentes vide *Don. 7. comm. 13.* & *Hillig. ibid. addit. Dd. comment. ad l. 89. de legat. 3.*

POSITIO VII.

Considerato Jure accrescendi Absolute sic dicto sive ut constituendo: paucis Relative sive ut constitutum illud quoad EFFECTUS & CONTRARIA trutinabimus. ILLUM exceperere Hereditatis petitio (a) heredi competens: Rei vindicatio (b) Actio in personam (γ) & Hypothecaria (δ) legatario. Interdictum de tabulis exhibendis (ε) utriq;

(a) Quæ cum quis heredem se declarari, tum res hereditarias sibi restitui petit, quæ testatoris tempore mortis fuere, *Jure vel dominii* sive vere sive fidei, quo fructus pertinent *l. 20. §. 3. vers. fructus. de hered. petit. & percepto & percipiendo l. 25. §. 3. l. 1. C. d. t.* imo consumpto, in quantum reus factus est locupletior, *l. 25. §. 17. l. 1. C. d. t.* aliud in rei vindicatione, ubi B. F. possessor consumptorum, ob nullam in eum proditam actionem, non tenetur. Hinc petit actor daß ihm Beklagter die Erbschaft beneben Erstattung aller Frucht/Schaden und Interesse abzutreten/ einzuräumen / und vermittelst Richterlich Ampts zuzustellen verpflichtet sey; *vel defensionis* e. g. res depositæ, commodatæ *l. 19. b. r. vel possessionis* v. c. pignora, vel quas b. f. res possedit defunctus *d. l.*

(b) *l. r. ff. & C. de R. V. adde sis Magnif. Dn. Frantzk. comm. ff. ad h. r. Wesenb.*

Wesemb. w. eod. & Excell. Dn. Hahn. in Obser. Theor. pract. ad eundem. Arnold ab Hersfeld. de Act. p. 2. a. 13. Schneidw. ad §. Omnium. 1. J. de Act. n. 59. nec obstabit dominii hic difficilis maximeq; periculosa, quæ juris non facti est, probatio, l. 20. de A. R. D. legatarius quando a morte statim testatoris fictione dominium rei legatæ nanciscitur translative, ea quippe rem unam in aliam transferendo, novi, ob habilitatem extremorum ad quod sc. & a quo, nihil inducit. Dominii tamen translatio tanti non est, ut propria, quæ merum sapit factum, legatarius legatum occupet autoritate, jure, puta, novo non veteri, quo de consule Magnif. Dn. Frantzk. Exerc. Just. 7. q. 1. n. 1. & 2. & q. 2. n. 3. cum interdicto Quod legatorum abstinetur, & ausu legatarius suo convictus, legati fiat incapax l. 5. C. de legat. & Gotthofred. in not. lit. c. nisi aut testator aliud voluerit, arg. l. 34. §. 6. de legat. 2. confer Hart. Hartm. pract. observ. tit. 42. n. 6. aut heredis interceserit voluntas, Menoch. de adipisc. hered. remed. 2. n. 30. 42. & seq. Nihil jam iudicatu fuerit difficile, quo ex tempore fundi debeantur fructus; vid. Paul. 3. sent. recept. 6. §. Fructus qui solo & c. & Cujac. in not. ibid. Gometz. 1. var. resolut. 12. n. 5.

(γ) § 5. J. de Oblig. quæ quasi ex contr. nasc. l. 5. §. 2. de Oblig. & Act. non male: at ingenium exerciturus, actionem hanc ex legatorum, quam olim per Damnationem vocarunt, specie prodiisse, quippe quod legatum heredis per manum præstandum erat; & consequenter testatore volente obligabatur, haut dixeris incommode. Cæterum ubi hæc actio instituitur non quæritur futiliter? responderis NON LIQVET. Quot capita tot sensus. Donelli 17. comm. 15. vestigiis insistendum censent emunctiores. Bene, Aut enim certum quendam locum, ubi solutio præstetur, expressit testator, & recte illic convenitur heres l. 50. pr. de jud. l. 47. pr. de leg. 1. aut nullum: & sic vel species relicta certa, quæ voluntate testatoris, heredem molestiâ transferri, sumptibusq; gravari nolentis, præstanda ubi est: vel incerta, petendaq; ubi vel tota vel major hereditatis pars existit, d. l. 50. de judic. l. un. C. ubi fideicom. pet.

(δ) Quæ legatariis ob non satisfactionem nec cautionis præstationem competeat ex primo Prætoris decreto in omnia hereditaria bona immisio l. 114. §. 12. de leg. 1. l. 1. §. 2. ut leg. serv. causa cav. l. 12. l. 5. §. 5. & passim ut in possess. leg. fecit, quo minus digestorum jure hæc fuerit cognita actio, sed Imperat. demum favore, sublatâ missione l. 1. l. 2. C. Comm. de legat. donata dd. ll. quæ tacitam non quæ hominis præsupponit conventionem, sed simpliciter legis autoritate accidit, hypothecam in aliis testatoris

toris bonis legatarius persequitur, *ad. ll. Ubi unum illud observasse juva-*
bit, speciali constitutum jure, ut hæc pro legatis tacita hypotheca dicatur
dividua. Confer Cod. Fabr. lib. 6. tit. 21. def. 1. & 3. Magnif. Dn. Richter tract.
de jur. & privileg. credit. Disp. 8. n. 6. p. 233.

(ε) *t. t. ff. & l. un. C. de tab. exhib.* est privatum exhibitorium, ad bo-
 norum universitatem & omnia ad causam testamenti facientia *l. 1. §. 2. d.*
t. pertinens: ac nullis non qui quid testamento adscriptum habent l. 3. §.
9. l. un. C. d. t. competens, adversus eum qui negat se exhibere posse vel o-
portere l. 1. §. 3. d. t. vel dolo malo fecit, quo minus tabulæ apud eum es-
sent l. 3. §. 6. d. t. Hinc sine clausula mandata ex Ordinat. Cam. part. 2. tit. 23.
ibi, So die Sache und Handlung/ darüber die Känserliche Mandaten zurer-
kennen gebeten/ an ihr selbst von Rechts und Gewohnheit wegen gebo-
ten/ &c. decerni posse minus dubitatur.

POSITIO IIX.

Hæc (α) sunt Aditio hereditatis (β) Agnitio legati (γ)
 Transmissio hereditatis (δ) & Prohibitio testatoris. (ε)

(α) *Vide posit. preced.*

(β) *t. t. de acquir. vel omitt. hered. Hillig. lib. 7. D. E. c. 8. adde Wesenb.*
w. & Excell. Dn. Hahn. Observ. Theor-pract. ad eund. ubi homonymiam vo-
cis Aditionis evolutam reperies. Colleg. Argent. lib. 29. tit. 2. n. 12. Trentl. 2.
D. 12. §. 5. & Bachov. ad eund. Heig. & Schneidw. ad §. ult. J. de hered. qual.
& diff. Cujus effectus est, quod adita hereditate omnia ad heredem trans-
cant jura l. 23. de acquir. vel amitt. possesf. & bona defuncti confundantur
cum bonis heredis l. 1. §. 12. de separat. ita ut semel adita proprium dicatur
heredis patrimonium: dominium autem per eam tantum; non possessio
nisi apprehendatur in heredem transfertur. Riem. dec. 5. Ill. quest. 6. sub fin.
Hart. Hartm. Pract. Observ. tit. 41. O. 4. Gail. 2. observ. 129. Cautelam ad-
dit Mynsing. 2. Observ. 47. Q. obiter Num heres præter legatarios cæteris
hereditariis creditoribus ex quasi contractu sit obligatus? Pragmatico-
rum maxima pars in Affirmativam, nos in Negativam sumus proniores.

(γ) Quæ nihil aliud quam legatarii factum quo legatum rite sibi de-
 latum (aditâ scilicet hereditate, inter legatum enim delatum & acquisi-
 tum multum interest) agnoscit vel suscipit; Cujus effectum & requisita
 vide sis apud Hillig. D. E. lib. 8. c. 18. Colleg. Argent. lib. 30. tit. 1. n. 53. Excell.
 Dn. Hahn. in Observ. Theor-Pract. ad Wesenb. w. tit. de legat. 2. p. 309.

(δ) Quæ

(d) Qua de consule l. 19. C. de jure delib. l. un. C. de his qui ante apert.
tab. Magnif. Dn. Franzk. Exerc. Justin. 6. q. 10. Gometz. 1. var. resolut. 9.
Hillig. D. E. lib. 7. c. 4. & c. 12. lit. I. Eundem lib. 8. C. 28. lit. G. Petr. Gregor.
Syntagm. jur. univ. lib. 46. c. 2. Gail. 2. observ. 131. Excell. Dn. Hahn. in Observ.
ad Wesenb. tit. Quando dies legat. ced. n. 6.

(e) l. 78. §. 10. ad Sct. Trebell. Riem. de J. A. c. 8. n. 6. & 7. Cod. Fabr.
lib. 6. tit. 6. defn. 1. n. 4. Disf. Treutl. 2. D. 11. §. 4. lit. d. adde Baccov. ad eund.
p. 618. circa fin. ibi, Est autem & media sententia ex conjectura voluntatis & c.

Sunto Terminalia.

Est aliquid prodire **TENUS** si non datur **ULTRA**
Ibant quo poterant, quo non poterant ibi stabant.

SOLI DEO GLORIA.

MANTISSA.

In feudo mere & absolute hereditario, quod prorsus rei here-
ditariae sive allodialis naturam induit, imo praelegari &
uni ex filiis assignari potest, atq; sic ratione essentiae pro
Improprio habetur, Jus accrescendi locum obtinet.

ΠΑΡΕΡΓΑ.

Notario asferenti testatorem fuisse sanae mentis, fides est ha-
benda: nec clausula ea superflua, nec legum imperitus
exinde Notarius judicatur.

Ante investituram laudemium non debetur.

Injuriatus ad Palinodiam & aestimationem injuriae simul agere
potest.

Legatario ex feudo sibi legato non competit Rei vindicatio.

ULB Halle 3
004 326 318



f

sb.

WMA







B.I.G.

Farbkarte #13

STUMQVE
T 1655
MAX.
XXxi.
009.
18

Ordine
RAM

entissimi
MÖLLERI
æceptoris &
i observan-
ndi
ditorum

CRE.

d. Maji Junii
no
RUS Wildefeue

IANO.

Handwritten signature